

CARMEN. THEOLOGICUM**DE TRADITIONE**

THESES. COMPLECTENS. VINDICANDAS

IN. AEDE S. MARCI. NOTABILIENSI.

POSTRIDIE. NONAS. MAJAS.

PRO

COMITIORUM. PROVINCIALUM

CORONIDE

DUCE. STUDIORUM. REGENTE.

R. P. SALVATORE. SCERRIO**MELITAE.**

MDCCCXXXVIII.

violare
Sanctorum decreta Patrum Regumque piorum;
Scriptas Lege Dei Leges contemnere, multum
Hostile est, nimiumque audax et perniciosum.
S. PROS: DE INGR: CAP. VII

Tu das Christe loqui, Tuque pati tribuis;
In nobis nil audemus, sed fidimus in Te,
Quos pugnare jubes, et superare facis.

IDE. DE PROV:

EXCLMO. REVMO.

DOCTO. DOMINO. PIO.

CHARISSIMO. INTEGERRIMO. OPTIMO

SACRARI. SACRO. APOSTOLICI. PRAEFECTO.

AUGUSTONI. AUGUSTINENSI

DNO. DNO.

F. IOANNI. PORPHIRII. EPO.

EC. EC. EC.

Absenti Venerande licet se debile Præsul,
Exiguumque meum, hoc Tibi sistit opus.
Dum videoas, miraris forsitan, esse latenter,
Scribentes faciem sive meam digitos.
Forte magis dum conspicis et miraberis oram,
Quæ procul abs oculis insidet illa tuis.
Immerito id dicam sin eveniet; quia Romam
Etsi Tu colis, hic nobile nomen inest.
Hic resonat tua, quamvis advena fama per auras,
Laus apud et nostros, clamitat atque decus.
Tu, nostri peperit quem fortunata Parentis
Sers natum longe sat tua gesta probas.
Quis siquidem, quæ contulit integra nescit Juventus
Studia dum rexerat, non temerata docens?
Cui cathedram latet ascendebas verba ferentem
Dum Christi; sobolis gloria quanta fuit?
Pernegat jam reliquas virtutes quisve Magistro
Quæ incrementa Matri magna tulere tuæ?
A Nostris igitur Latii tellure fuisti
Prælectus merito, terque, quaterque Prior.

Te Provincia sit Themidem ut directa sequente
 Post sanxére tuo rectius imperio.
 Relligionis enim sic venit septa coronis
 Disciplina fere commaculata cadens,
 Læta proinde nimis jure Ordinis in Generalem
 Procuratorem sustulit ipsa cito.
 Imo libenter pertransibat dona ferendo,
 Ast aliud rutilans condidit alta manus.
 Nam statuit Successor Pastorem ungere Petri
 Urbis Porphirii, ductus honore tuo.
 Magni Sacra Tibi nunc sunt commissa Sacelli,
 Sanctorum celebres, Exuviaeque piæ.
 Vivis in excelsa cinctus sic Urbe corona,
 Quam studium, et vester promeruere labor.
 Longa utinam vitam sospes per tempora ducas;
 Quod cupis, ac superat, conferet inde Deus.
 Quid præclarious hercule Clare rependere possim,
 O Vir si bonitas hoc tua nollet omen?
 Ergo Mæcenas illud Charissime sume
 Suscipt cum votis quæque dedere meis:
 Scilicet has theses, quas dant primordia mentis,
 In signum grati quasque vovent animi.
 Et tandem dignare mihi benedicere servo,
 Iucundum mitto dum Tibi corde Vale,

Hmlmus, Addcmus Serous

F. VINCENTIUS CAMILLERI.

Augnus.

METRUM

IN THESES TUENDAS

Hæreseos Daemon genuit quam Hydra rebellis,
Condita cum fuerit terris Ecclesia Christi,
Continuo fremebunda volans exivit ab antro,
Inficeret Sancti ut venerabile Dogma veneno:
Utque virentem credentum collideret agrum.
Sed quid? Mox capto tentamine cedere debuit:
Quos etenim Dominus Pastores statuit isthic,
Inflati sacro Verbisque Volumine ducti,
Vicèrunt illam per singula sæcula passim.
Conticuit; gravi sed luxit victa susurro;
Ulcisci cupiens sibi deficiente vigore.
At lacrymas tersit patefacto calle repente,
Erga Traditiones ac magis impulit ictus.
Illic nam scivit magnum Fidei pretiosum
Includi thesaurum, quo potuisset adempto;
Postremo quasitam verum tempore longo,
Assiduo finem capere inhærente triumpho.
Heu miseram, tamen heu! rursus fortuna fefellit,
Tartareæ numquam quia possunt vincere portæ
Sanctorum partum Divino Sanguine Coetum.
Id ratio fuit, ut mage propterea micet ille,
Completam capiat potius palmamque perennem.
Tu testare Sion, et cœlestis loquere Orbi
Sponsa Dei; mendacia seu si vera repono:
Atque erit ipse decor quo fulges gloria, testis.
Lætemur nos interea dum germina fatur;
Dumque canit laudem, grates reddamus Olympo:
Amplius, ut venerata Fides sit hoc hodierno
Ludo Dogmaticas proponam rursus, obiectum,
Traditiones; subsequens ut gestat imago.

1. **T**raditio Divina proinde sonat venientem
Scitum, non calamo scriptum de Flamine Sancto.
2. Cujus majestas Scripturæ pondere pollet;
3. Discipulis, et cuius adhuc pars lata vivente
Christo; parsque fuit postquam concenderat Altum.
4. Fallibilis neu plena Dei sermonibus ergo;
5. Solida nec mutabitur inconcussa columna.
6. Quinimo Fidei, Scripturæ construit æquam
Normam, quam merito Romana Ecclesia servat.
7. Cuncta quidem credenda haud sunt exculta papyro;
8. Quæque fuerunt, post Christi pars edita mortem.
9. Ut determinet iccirco quis Dogmata prorsus,
Hoc aditu ne deflectat transire necessit.
10. Tuncque Novi Testamenti ille Volumina noscit
Historicis inflata Dei iussu coelitus esse.
11. Et magis explanatur ei Mysteria tota;
Insinuanda modo nec non sublimia quædam.
12. Scilicet; a Genito procedere, et a Generante
Spiramen Sanctum, quod pectora replet amore;
Atque pie migrata reducit ad Æthera sursum.
13. Quapropter simul ac Sancti sua corpora linquunt,
Supremi potiuntur visu Numinis uno:
Sacra canunt congaudentes Sibi carmina plectro;
14. Unanimes cunctis pro terræ orantque colonis.
15. Confugiamus ad illos hinc et rite fidenter,
Cœlestis Opifer nobis ut sublevet Aulæ.
16. Eruta Reliquias aut ossa colamus avellis:
17. Illorum pictas etiam veneremur Icones,
Vel sculptas, Crucifixi cum Mariæ simul una.
Atque nefandus Iconoclasta silentia præstet.
18. Antidicomarianitæ sileant quoque secum;
Virgo fuit nonnumquam quare Puerpera Cœli:
19. Sanctæ nilque Dei Legi molita repugnans.

- 20.** Nostra Parens Ecclesia sanxit firmiter istud ;
 Quæ fallax non est definitis ab eadem ,
 In Fidei quam morum decretis necque fricta .
- 21.** Ecquis purgantem negat esse proinde cavernam
 Flammantem maculas animarum omnino delentem ?
- 22.** Ecquis detentæ, quod tunc non egrediantur ,
 Cum debitum solvamus eis libamine Sancto ?
 Huc igitur floccifacientes conveniunto
 Traditionem; et Dogmata nunc detecta fatentor :
 Ad hanc ignarus currat Fideique Magistrum ;
- 23.** Ut videat pueros noviter contrahere natos
 A sacra madefactis crimen Originis unda .
- 24.** Ocyus et tergat Baptismo , pareat illi ;
 Ut si perpetua decedant sorte fruantur .
 Incolumes dehinc sin efficientur adulti ,
 Aut ab adepta Justitia fortasse labentur ;
- 25.** Conducat contritos ad sublime Tribùnal ,
 Quod peccata delet sacro prolata Ministro :
 Quodque Sacramentis vincitur amabile nostris .
- 26.** Hæc autem numerantur dona ferentia Septem
 Non meritata labe confectis seminis Adæ .
- 27.** Quæ cum Materia conjuncta , Verba requirunt
 Iam præscripta , quibus socianda Intentio dantis .
 Iстis plura libet Doctrinæ huic addere firmæ
 Tunc detecta cito , cum temporis hora petebat ;
 Non quoniam retro deerant aliquando , sed audax
 Quare comes prius impugnare sinebat abyssi .
 Tempora dicit enim noster variata Peritus
 Augustinus quod fuerint stabilis Fides unquam .
 Hic tamen haud poscente diurno Marte reticui ,
 Viribus ut collata meis jam illico tutar ;
 Post Tres donando Spectantibus jura loquendi .

FINIS.